

17.
fol. 108. per regna Ruthenorum atque Bulgarie exilio
relegatus, ad ultimum autem deo auxiliante
per quosdam sui cognitionem habentes perve-
nit in Prusiam, ubi a fratribus de ordine Teu-
tonicorum honorifice receptus ductu eorundem
ad patriam suam exilii restitutus.

Eisdem quoque temporibus sub anno videli: 1300.
oct. Domini 1300 imperator Tartarorum Casanus
nomine, fautor Christianorum, super omnes
principes Tartarorum in largitate et auda-
cia eximius, nitens, soldani Sarracenorum prin-
cipis destruere potentiam et terram sanctam
reddere Christianis, adiunctis sibi rege Armonie
et rege Georgie Christianis terras ipsius soldani
invadens commisso quoque bello cruentissimo
cum eodem potius victoria innumerabilem
Sarracenorum multitudinem interfecit dictam
que soldanum de Syria fugavit in Egiptum.

Anno quoque sequenti tercio idem Casanus Tar: 1301.
tarorum princeps contracto exercitu copioso fines
soldani iterum invasit. Sed intellecto, quod p[ro]p-
ter eius absentiam ⁱⁿ regno suo nonnulli rebellare
sibi attemptarent, ipse relictis in expeditione quibusdam
capitaneis ad agendum bella incepta contra soldanum